

mentum et calicem, ut in quacumque posset ecclesia^{a)} celebrare. Dicebat non oportere veros et novos Judaeos inferiores esse illis Hebreis, qui septem diebus azimam^{b)} comedebant. Autoritatis tantae apud saeculares in consiliis^{c)} temporalium erat^{d)}, ut nobiles Cusentiae audiverimus, cum per circuitum^{e)} fatigabantur^{f)} ab hostibus, quod securiores essent illo in civitate praesente quam si centum^{g)} milites armati ad eorum defensionem adessent. Circa cultum divinum in sacris officiis studiosissimus ubique atque^{h)} semper erat, itaqueⁱ⁾ (?) plerumque^{k)} in Sila conspexi^{l)} etiam eum figentem crucem^{m)} et coram ea super candelabra lignea illuminantem cereos, si festivitas erat, et sic ordinatis horis cum sociis vigiliis et vespers cum devotione cantabat. Cura quoque, ubicumque habitavit, permaximaⁿ⁾ fuit de munditia et ordinamento^{o)} altaris.

Obedientiam, qua ipse subditus^{p)} extiterat, a subditis mirabiliter exigebat, inobedientes tot et tam diuturnis monitis non desistens corrigere, donec eos ad humilitatem cordis et spontaneam obedientiam invitaret. Hospitibus omni loco et^{q)} tempore liberalissimus fuit, quos verbis et obsequiis in mensa potissimum honorabat. Solis consanguineis durus erat et inhumanus¹⁴⁾, tamquam ignotos illos respiciens, ut nihil unquam eis tribueret^{r)} plerumque sibi et^{s)} monasterii^{t)} servientibus et rogatus a fratribus^{u)} acquiescens^{v)}. In labore manuum incredibiliter fortis fuit et plurimum^{v)} cum conventu fratrum delectabatur in eo. Nec^{w)} credo quod in diebus aliquis tantum prima manu scripserit, quia, ut plures epistolas et alia taceam, omnes libros quos ipse dictavit, manu sua scripsit et rescribendo correxit^{w)}. Robustus corpore, parum de frigore et^{x)} aestu, de fame vel siti curavit.

[Haec autem^{y)} ut jam diximus retulit vir bonae memoriae dominus Lucas Consentinus^{z)} archiepiscopus.]

a) ecclesia posset P. b) azima U; azyma P. c) folgt rerum U²; [rerum] P. d) erat vor apud P. e) folgt urbs U²; [urbs] P. f) fatigabatur UP. g) folgt mille UP. h) ac UP. i) ita quod UP. k) plerumque fehlt UP. l) conspecti Hs. m) crucem figentem P. n) folgt ei U²P. o) ornamento U; et ordinamento fehlt P. p) folgt [eximius] P. q) ac P. r) nihil eis unquam tribuere P. s) sibi et fehlt UP. t) monasterio U¹; a monasterii servitoribus et fratribus rogatus U²P. u) acquiesceret P. v) plurimum nach fratrum P. w) Hec Hs. U¹; Nec credo ... correxit fehlt U²P; quia, ut ... sua scripsit fehlt U¹. x) vel UP. y) autem fehlt P. z) Cusentinus UP.

¹⁴⁾ S. o. S. 485 mit Anm. 56 a.